



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De lxx. interpretibus. Cap. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

RERVM MEMO. LIB. V.

clēsijs rapta à diabolo diriperetur. Hæc ergo quæ extant orationes autoritate virorum descendunt, dicta sunt propter eos & contra eos, qui tumidi & elati aduersum fratres ferūtur: & si qui forte titubauerint, viscera miserationū Christi putant ab eis penitus excludenda.

DE IRENAE O viro illustri.

Caput IIII.

**I**gitur Photino Lugdunensi episcopo cum cæteris martyribus coronato, Irenæus Polycarpi auditor in pueritia sacerdotio ei<sup>o</sup> succedit. Hic multos scribit libros, & præclara ingenij sui monumenta reliquit, inter multa & innumera sua opuscula quoddam de Lxx. interpretibus elegans miraculum narrat.

DE LXX. Interpretibus.

Caput V.

**P**tolemæus (inquit) Lagi filius, volens bibliothecę suæ, quam apud Alexandriam ex omnium Græcorū voluminibus cōstruebat, maiorem gloriam querere, petit etiam ab Hierosolymis, ut eorū Hebræas scripturas in Græcā linguā interpretatas, accipet. At illi (quippe subiecti erant Macedonibus) electos & in scripturis sanctis in utraq; lingua peritissimos viros Lxx. presbyteros miserunt ad Ptolemaeum. In quo tamen voluntas dei & cōsilium gerebatur. tunc ille singulorum volens accipere docimēta, & verēsne forte per interpretationem occultarēt insertam diuinis voluminibus veritatem, singulos à se inuicē separat, & eadē seorsum positos interpretari iubet, eundem que interpretandi ordinem in singulis voluminibus obseruari. Quosq; in unum cursum coram se reuo-

## HAYMO DE CHRISTIA.

care, & cōferre adinuicē q̄ singuli interpretati, iuber,  
Et nūc vere deus glorificaſ, & ſcriptura ſancta, q̄ vere  
diuina fit, agnoscit. Omnes eī de eadē iſdē verbis, iſdē  
q̄ nominibus interpretati ſunt, ab initio uſq; ad finē,  
ita ut & ipſi qui aderant, gentiles agnoverent, quod  
Dei nutu tunc ſcripturæ interpretatæ ſunt. Nec mirū  
cum Hesdrām ſacerdotem inspirauerat deus ad repa-  
rationem Hebræorum voluminum, ſub captiuitate  
Nabugodonosor regis corruptorum.

HAYMO. CAP. VI.

**H**oc Irenæi testimonium ad reuerentiam diui-  
narum ſcripturarum poſuimus, licet quibusdā  
ecclesiasticis viris videatur Apocryphum, pro-  
eo maxime, quod Iosephus ſcriptor Hebræorum ni-  
hil tale affirmat, ſed in vna eadēque Basilica ſcribit  
eos pariter contuliffe. Quod & beatus Hieronymus  
in präfatione Pentateuchi cōtestatur. Sed iam ad nar-  
rationis ordinem reuertamur.

DE MIRACULO FACTO A

Christianis in exercitu Christiano-  
norum. Cap. VII

**I**gitur Antonini temporibus quibus tot mala illa-  
ta eſſe referūtur, Marcus Aurelius frater eius bella  
infert Sarmatis ac Germanis, cuius exercitus dum  
ſiti pericitatur, quidam milites Christiani qui aderāt,  
ſupplicant: quorum ſuppliacionibus & pluia large  
de cælo perfusa, reficit exercitū, & fulmina crebro co-  
rufcantia fugant eminus hostes. Narrant & hoc genti-  
lium historiæ, ſed quod hoc à nostris impetratum eſt,  
ſubricendo diſſimulant.